

1941

P O L E M I C I

1942

sceua le persone, ne sapea la lingua. Nemo vero facile mirabitur, eum sic habitum fuisse in Regione Sacris catholicis in primis addicta, qui praesens ejus Scriptum legerit, quod satis impudenter *Maximiliano Bob.* Regi, miti Principi dicavit. In prima ejus Parte exagitat Missae Ritus ab Introitu usque ad Canonem, in secunda inde ad Orationes Secretas, in tertia inde usque ad finem, in quarta Missae, ut ait, Abusus et Abominations persequitur. An *Bern. Occhino*, an *P. P. Vergerio*, an quo alio magistro usus, an originem suam antiquissimae *Pramperorum* Profapiae, cujus Heroes aliquot recenset *Job. Jos. Capodaglius* in *Udine illustrata*, debuerit, quibus deinceps fati in Germaniam delatus usus fuerit, haecenus non reperi. Ad calcem Operis visitur pictura lineari ejus Icon barbata, librum tenens, quam ambit in orbem Versus: *Mittam vobis Spiritum Paracletum. Et dabo vobis Spiritum novum. Et ille vos docebit omnia.* 1560.

D.

878 Codex chartaceus germ. lat. gall. Sec. XVI. Folior. 35. f. congestus est e Monumentis sequentibus: Epistola germanica *Job. Friderici Saxoniae Ducis*, Electoris et Burggravii *Magdeb.* ad *Job. Bugenhagen*, *Greg. Pruck* et *Phil. Melanchthonem* data *Aldenburgk Freytag* post Invocavit. Anno 1547. qua nunciat, *Denis Codd. Theol. V. I. P. II.*

2. *Martii* caesum a se cum 1500. Equitibus et 4000. Peditibus, quos inter et Caesarei, captumque *Albertum March. Brandenburgicum*, qui pro *Mauritio Sax.* Duce *Rochlicium* infederat. Init: *Wir wissen euch gnediger mairnung nicht zu bergen, das sich hertzog Moritz die vorgangene tag, als wir etzliche vnser Reutter vnd hackenschützen in andern sachen von Colditz abgefördert &c.* Vide *Sleidani L. XVIII.* Sed laureatas has Literas non multo post secuta est *Rochlicii* receptio et Pugna ad *Muhlbergam*.

Fol. 2. *Job. Hoppii Budissinensis*, tunc Professoris in Acad. *Regiomontana*, sed eodem anno dimissi Literae datae 13. *Martii* 1553. ad *Balth. Sartorium Saxonem Oschatz.* *Cracoviae* iter in *Italiam* meditantem. Laudatur primo studium ejus in corrigendis stellarum motibus, suadetur pro itinere praedicto potius oblata conditio *Vitebergæ* in Academia, deploratur infelix rerum facies *Regiomonte* orta ex *Osiandrisimo*, *Mörlinum* ad discessum compulsus a Principe, (*Alberto Brandeb.*) missionem impetrasse *D. Pontanum*, *Cödricium* et *M. Wagnerum*, quod noluerunt consentire in receptionem cujusdam Professoris *Pædagogici* nomine *M. Urbani Stürmeri Sectæ Osian-dri-næ.* Hanc *Lernam* solus *Brentius* nobis obiecit, qui nescio quo fuco et quibus labyrinthis *Osiandri deliria* inuoluere atque tegere uoluit. Nam rogatus a Principe, ut suam quoque de hac controuersia perscri-

A a a

1943

CODICES

1944

perscriberet sententiam, maluit ille (corruptus, ut audio, munere) conciliationem quandam inter Christum et Belial instituire, quam damnatione dogmatis (eam etiam in Colloquio Wormatiensi Cod. DCCCLXVI. relato, saltem expresso Osiandri nomine recusavit) animos exculceratos magis irritare, et occasionem euomendi nouas execrationes dare. Sed Princeps abutens hac conciliatione simpliciter affirmat, se ex Brentij scriptis intelligere, quod dogmata Osiandri omnia approbet et vera atque pia iudicet &c. et plura in hanc sententiam. Extrema de Novis Germaniae agunt. Hoppii et Sartorii Articulos vide, si lubet, in Joecheri Lexico, fontibusque ibi indicatis.

Fol. 4. Literae Francisci I. Regis Galliae ad Principes Protestantas Germanos, qui per Legatos apud eum intercesserant, ne supplicia de Lutheranis in ejus regno sumerentur, datae: A Viricon (sic) sur seyne XIX. feburier. Anno 1545. hoc initio: Tres illustres Princes et Estats, Nos tres chers et grands amys. Salut. Estant dernièrement vos Ambassadeurs aupres de nous, ils nous parlerent de vostre part du mesme propos, dont par vos lettres du 2^e. de ce moys &c. Rogat illos, ne se internis Regni ejus negotiis misceant, Vous aduisant, que nous auons delibere a faire garder et enseigner les Saintes ordonnances, Coustoumes, constitutions qui y ont este obseruez du temps de nos Predecesseurs

Roys, et faire tresbien punir et chastier ceulx qui y contreuendront et les transgresseront, chose toutefoys qui n'a rien commun a notre amytié &c. Ita, qui domi cremabantur, aut in furcam agebantur, fovebantur alibi gentium. Addit Rex aliqua etiam de Pace cum Caesare inita, cum Anglo ineunda.

Fol. eod. p. 2. Edictum Job. Friderici Ducis Electoris Saxoniae ad Senatum Vittebergensem datum: Torgaw Sontags nach Jobannis Baptiste. Anno 1546. quo jubet ob impendens Bellum Religionis armari, et praesto esse ad suum aut Praefectorum suorum mandatum. Init: Wyr geben euch zu erkennen, das wyr auß vielen Statlichen vnd glaubwürdigen Zeittungen, so teglich an vnss gelangen, Auch sunst in erfahrung khommen &c.

Fol. 6. Literae datae a Job. Pfeffinger, Alex. Alesto, Job. Forstero, Ge. Majore, Phil. Melanchthone, Dan. Greiser, Casp. Leimer e vicina Saxonia, Idibus Februarii. Anno 1555. Venerandis Viris eruditione et virtute prestantibus, pastoribus doctibus vocem Euangelij incorruptam in finibus Bohemiae et Lusatiae. Amicis suis &c. Ducentos circiter, referente Sleidano L. 25. Ecclesiae Ministros e Bohemia migrare iusserat Rex Ferdinandus. Intelleximus, ajunt Vicini nostri, magno cum dolore, odio purae doctrinae pastores istic ex Ecclesiis eici, et uagari iam in Exiliis Viros honestos et innocentes, pijs

1945

P O L E M I C I.

1946

pias Coniuges eorum, et paruos greges puerorum. Hos igitur consolantur, et hortantur, ut voce et scriptis Suos confirment. Fiat illustris Antitesis utriusque generis dogmatum. Papæ factio defendit multa manifesta idola &c. Querelae maximae contra vetita Sacerdotum Conjugia et Ordinationem petendam ab Episcopis. Extat haec Epistola inter Melanchthonianas editas Lugd. Bat. 1647. p. 361. 8.

Fol. 9. Differtatio epistolica ἀπολογητικὴ data 25. Junij 1545. hujus initii: In questione illa proximis literis a te quaesita, cum duobus verbis responderem, Nos utique et habere et non habere Dominicam diem, pollicitus sum copiosorem responsionem, quam cum dei gratia hic subscribam. Ventilatis igitur momentis in utramque partem, ut erat illius, quemadmodum nostri aevi, omnem movere lapidem, ita concludit: Hinc habes mi frater, quo modo et quo sensu dixerim, nos et habere, et non habere Dominicam diem; habere quidem quo politicus ordo in Ecclesia retineatur, ita tamen ut illum ordinem diei minime astringamus, siquidem illam Ecclesiam non improbaremus, quæ alio ad id die vteretur. Non habemus, quia Vir pius et christianus omnes dies ex æquo sacros absque discrimine habere debet &c. Scriptum hoc ἀπολογητικὸν esse, non paucae refectioes et inculcationes suadent.

Fol. 11. Articuli quidam de religione propositi Vinmariae a

Legatis Electoris Palatini et Ducis Würtemb. five: Artickl zu Weimar fürgelegt vndt berathschlagt, auff fürbringen der gesanten des Churfürsten am Rein, vnd Hertzogen von Würtemberg in sachen der Religion. Ingressus est ejusmodi: Den 12 Januarij sind zu Weimar versamlet, auf erfordern der jungen Hertzogen zu Sachsen doselbs, her Amstorff, D. Schnepff, Victorinus (Strigelius) Stoltz vnd Aurifaber &c. Duces sunt Fratres J. Fridericus I. J. Wilhelmus et J. Fridericus jun. Annus vero 1554. Agunt hi Articuli de damnandis Zwinglio, Majore, Osiandro, lite de libero Arbitrio, et Schwenkfeldio, de Lapfis sub certis conditionibus recipiendis, de Concilio Nationali, de Forma Colloquiorum, de Formula Doctrinae, de inutilibus Scriptitationibus, de Uniformitate Ceremoniarum, de Censuris eccl. et Consistoriis. Minus nota videtur Transactio haec Vinmariensis.

Fol. 15. Cassp. Huberini Scriptum Apologeticum pro Imperatore et Formula Interim, datum Anno 1550. Constat Praefatione ad Lectorem Christianum, XX. Articulis, quibus ostenditur, mentem Caroli non esse, ut Ecclesiam Christianam persequatur, XX. Articulis, quibus Turcarum Imperator persecutor Ecclesiae probatur, Judicio, quomodo Declarationi Caesareae morigerandum sit, demum XX. Articulis seu Obstaculis recipiendi in totum

1947

C O D I C E S

1948

tum Papatus. Praefatio ita orditur: *Diese nachvolgende zwanzigk artigkell seintt fürnehmlich vnnnd am meistenn darumbe gestellt wordenn &c.* Quantum inutilium Literarum! Istud Scriptum non reperi apud eos, qui de *Huberino* tractarunt. Consule et *Indicem*.

Fol. 25. Literae Provincia-
lium *Styriae* ad Provinciales *Austriae* infer. datae *Græcz.* *Erich-
tag nach Vnnsfer lieben frauen
Liechtmestag. Anno (15) XIX.*
quibus eorum Legatos invitant
ad habenda *Muraeponti* (Bruck
an der Mur) tanquam loco jux-
ta ultima Conventa *Oenipontana*
opportunitissimo Comitia ad con-
servandam a Morte *Maximiliani*
Imp. quae 12. *Jan. Welsii* in
Austria super. acciderat, Provin-
ciarum tranquillitatem, dum *Ca-
rolus* et *Ferdinandus* Archidd.
ex *Hispania* advenirent, vel, ut
ipsi exprimunt: *Damit diselben
vnnfre gnadigist Herren bey de-
nen Lannden, vnd binwiderumb*

*die Lannd bey Iren kun. vnd
fürstl. Gn. bleiben megen.* Lite-
rae hae perferendae traditae sunt
Viro nobili *Bernbardo de Teuf-
fenbach*, unde addita est: *In-
struction was der Edl vöfst Pern-
hart von Teuffenbach von wegen
gemainer Lanndtschafft in Steyr
mit denen von der Ritterschafft
in osterreich oder Irem aufschub
handeln sol.* In hac Instructione
ajunt *Styri*, se idem a *Carintbis*,
Carniolisque petitueros, imo et a
Tyrolensibus, siquidem *Austriacis*
visum fuerit, deliberatueros etiam
de Legatione Principibus juve-
nibus obviam mittenda. Ignora-
bant tunc, *Ferdinandum* solum
venturum, qui et ipse fat turba-
rum in *Austria* reperit, ut habes
in *Pezii Scriptt. Rer. Aust. T. II.
col. 987. de Dissensione Provin-
cialium Austriae.*

Fol. 28. p. 2. Dodecasti-
chon Graecolatinum jocosum in
Sacerdotes Catholicos, cujus ini-
tium:

Ἐμματολευκοφόροι, Φαινοσκυθροποπέσσοποι,
Ζυ(γ)οδιεργόδοι, Χρηματομισσοπέσσοποι &c.

*Candidauestigeri, Faciesimulantefeueri,
Pulchroperotumidi, Missapecunifices &c.*

Atque ita quatuor hujusmodi
sesquipedalibus vocum monstribus
unumquodque Distichum constat.
Ad oram folii inferiorem Manus
coeva notavit: *Manus Camera-
rii Junioris. 7. Junij. anno 55.
et compositio patris.* Id est *Jo-
achimi* magni illius Graecarum Li-

terarum in *Germania* statoris.
Quis vero junior ille e quinque
Filiis?

*Fol. 29. Iudicium Quorundam
Theologorum de ijs qui sibi mor-
tem consciscunt aut alias repenti-
na morte obeunt.* Fragmentum est,
incipiens: *Paulus* inquit, mani-
festa

1949

P O L E M I C I

1950

festa sunt opera carnis &c. et definens: Ego iudicare nec debeo nec possum de morte Joannis Craus Doctoris Hallensis.

Fol. 31. Literae Christophori Ducis Würtembergici ad Carolum Card. Lotbaringicum datae Stutgardiae 17. Julij Anno. 63. Ineunt: Salutem et parata nostra officia. Reuerendissime princeps. Cum in mentem mihi ueniret Colloquium inter uestram dilectionem et me superiore anno ad Tabernas Alsatias de praecipuis capitibus Christianae religionis et inter cetera de Missa quoque habitum &c. Significat spem suam de abolen-

dis Tridenti superstitionibus magis et idololatriis Missarum decollasse visis Decretis et Canonibus hac super re. Mittere se duos Libros de origine et compilatione Missae, obtestarique Cardinalem, ut illos expendat. Ceterum agnoscit hunc in scripturis sanctis et veterum patrum monumentis bene uersatum doctrina eloquentia usu rerum et auctoritate multum ualere.

Fol. 33. Romani Schmiedt de Brenborg Syndici Vallensis Epigramma hexastichon ad Regem Maximilianum, 10. Sept. a. 1562. quod incipit:

*Sic Asiae, Duce te, peregrina per aequora uicta
 In nostram ueniat Gratia tota fidem &c.*

Fol. 34. Exemplum literarum ab Oxonio missarum de disputatione Thomae Crameri Archiepiscopi nuper Cantuariensis et Nicolai Ridleij nuper Episcopi Londoniensis et Hugonis Latemeri olim Episcopi Wigorniensis. Idem, quod indicatum fuit alibi.

DI.

875 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 21. f. contendit, Electionem Episcoporum et Praelatorum non Ecclesiasticis solum, sed et Laicis competere, unde inscribitur: *Gruntliche Beweisung das die Wallen der prelaten vnd pischoffen nicht allain den geistlichen, sondern auch den laien geböre, vnd das sie die wallen seider Christo ber bis auff 1300*

ibar gehabt haben. Orditur: Es weissaget der heilig prophet Gottes, das der laidige Antichrist sein reich damit mehren, vnd erhalten werde, das er wirdt die lenden seinen mithelffern, vnd funderern austailen vnd sie zu grossen herren machen. Atque hinc Inuestivae in Pontificem Clerumque Romanum prorumpunt, quibus Rationes e Verbo Dei, Praxi primorum temporum, Patrum Scriptis, antiquis Canonibus, et Ritualibus miscentur, dissimulatis tamen difficultatibus, quae ab incondita multitudine suffragium ferente separari vix posse videntur. Obmouetur etiam Catholicis, quod quandoque Molitoris aut Olitoris Filio Episcopatum conferant, ut factum dicitur in Sidonio, quem perjurii accusat Au-

A a a 3

tor